

Petrus Garisendus¹. Et facta est societas Lombardorum in Bononia.

1179.

Villola: Et eo anno pugnavit Coradus filius marchionis Montisferarii con Christiano cancellario inperatoris Federici, et in ea pugua captus fuit ditus chancelarius et diu in captivitate remansit detentus. Item eo anno Bononienses obsiderunt Ymolam et rediderunt civit. Ymolle (!) ei et ei fecerunt pactum. . . .

Ann. Caesen.: A. D. MCLXXVI. Bononienses obsident Imolam et habent eam pactis.

A. D. MCLXXVIII. Corradus marchio Montis-ferrati proelio vincit Christianum cancellarium imperatoris et ipsum capit et carcere tenet.

1181.

Villola: Eo anno fuit reta civitas Bononie per quatuor consules, scilicet d. Guidonem de Buvaletis, Bonacosa de Asinellis, Rolandinum Arduini, d. Guidonem Acharixii.

Ann. Caesen.: A. D. MCLXXX. Bononia recta est per quatuor consules, quorum nomina sunt haec: Guido de Buraglinellis, Bonacossa de Axinellis, Rolandinus de Arduinis, Guido de Acharisiis.

1185.

Villola: Primo die Aprelis inperator Federicus intravit Bononiam et repecto (!) a domino Prindiparte potestate Bon.

Milioli: Et domnus Prendi-parte potestas Bononie misit milites ad imperatorem Fredericum apud Cremam eodem anno . . . et imperator Fredericus intravit Bononiam.

1187.

Villola: In Kalendas Iulii facta fuit capcio Christianorum in valle Ieroloxima ab exsercitum soldani, et homines Christiani qui ibi erant capti fuerunt et mortui . . . Amisum fuit sepulcrum, et hones (!) Christiani qui erant ibi fere fuerunt mortui.

1) Diese Stelle zeigt deutlich die Unabhängigkeit der Cesenatischen Annalen von Villola. In ihrer Vorlage stand: 'Prindipartem, Munsum Petri de Asinellis' (wir kennen die Konsuln auch urkundlich: Bol. St. A. Registro novo f. 175 v). Sie verdarben die Stelle, während Villola 'Petri' fortlässt. Sie wissen noch nichts davon, dass die Wahl der Konsuln durch die societates erfolgte.